





11
DISSERTATIO JURIDICA
DE
RESTRICTA
TESTATORIS
POTESTATE

20
1773, 15.
M
42
QUAM
DIVINIS AUSPICIIS
ANNUENTE ILLUSTRISSECTO RUM ORDINE
PRÆSIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO, CONSULTISSIMO,
D. JOH. CHRISTOPHORO
SCHACHERO,

PROF. PUBL. CAP. MARTISB. CANONICO,
ACADEMIÆ DECEMVIRO, FAC. JUR. ASS.
ET RELIQUA

PATRONO ac PRÆCEPTORE OMNI

HONORIS ET OBSEQUII GENERE PROSEQUENDO,

D. VI. APRIL. A. MDCCXIII.

MODESTO ERUDITORUM SUBMITTET
EXAMINI,

GOTTLIEB WILHELM
DINCKLER,

LIPSIENS.

LIPSIÆ
Typis ZEIDLERIANIS.

50

DISSERTATIO JURIDICA

DE
RESTRICTA

TESTATORIS

IN POTESTATE

QUAM
DIGNIS AUSPICIS

AVGUSTE ILLUSTRISSIMO ORDINE

IN IURE PRAESIDIO

PROF. PUBL. CAN. MARTIN. CANONICO

ACADEMIAE BUCHENBURG. FAC. JUR. ASS.

ET PATRONO AC PRAECEPTORE OMNI

HONORIS ET OSAE SUO CENSURE PRAESE. ORDINO

D. VI. APRIL. A. MDCCCLXII.

MODESTO ERUDITORUM SUEMII TR.

EXAMINI

GOTTLIEB WILHELM

DINGKLER,

MAJEST.

ASSISSE

TYPE BUCHENBURG.



VENERANDO. PARENTI.
JO. WILHELMO.
DINCKLERO.
MERCATORUM. ORDINIS.
SUI. SENIORI.
VIRO.
INNUMERIS. ERGA. SE. MERITIS.
CONSPICUO.
HANC. DISSERTATIONEM. ACADEMICAM.
SACRAM. ESSE. CUPIT.
EOQUE. IPSO. PIETATIS. QUODDAM. MONIMEN-
TUM. STATUERE. VOLUIT.
RESPONDENS.

REVERENDO P. PATRI
JO. WILHELMO
DINCKLERO
MERCATORUM ORDINIS
SUI SENIORI
VIRO
INNUMERIS ERGA SE MERITIS
CONSPICUO
HANC DISSERTATIONEM ACADEMICAM
SACRAM ESSE CURIT
BOQUE IPSE PIETATIS QUODDAM NOMINE
TUM STATUERE VOLUIT
RESPONDENS



§. I.

Um de successione ex dispo-
sitione hominis peculiari di-
sputatione dictum, nunc de di-
spositione legis, methodum In-
stit. Imper. insistentibus, est agen-
dum, i. e. ab intestato, quatenus

Testator
hæredem
ab intestato
pro lubitu
gravare po-
test.

& hic potestas Testatoris legibus alligata sit.
Hæc autem successio sc. ab intestato, quæ & legiti-
ma dicitur, Henning. Wegner *ad l. 130. ff. de V. S. n. 4.*
tum demum locum habet, quando defunctus, de
cujus hereditate quæritur, non fecit testamentum,
vel non jure fecit, aut si quod jure fecit, ex post
facto infirmetur, *pr. f. de succ. ab int. Richter.*
de success. ab int. in præm. n. 8. cum causa in-
testati celsit, nec legitimus heres admittatur,
quamdiu ex testamento potest adiri hereditas,
l. 89. ff. de R. J. l. 39. ff. de A. vel A. H. l. 8. C. Com-
mun. de success. Hinc testator pro lubitu gravare
A potest

ad e. mit
orator
-mias: i
asp obom
mstris ha
mironoi
al metiq
oqlib enia
in ibuen
alhoao

potest heredem ab intestato, *Surdus Dec. 109. n. 2.*
Valqv. de success. P. 1. §. 27. n. 8. Sic potest bo-
 na sua, quæ jure successionis cognatis compete-
 bant, testamento extraneis relinquere, *Richter.*
Conf. 44. n. 3. it. licet jus repræsentationis in de-
 scendentibus obtineat in infinitum, *Nov. 118.*
c. 1. cum jus parentum indistincte transmittat-
 tur ad liberos, *Dn. Stryck. de succ. ab int. D. 1.*
c. 2. §. 34. Testator tamen contra jus Repræsen-
 tationis disponere potest; ut sc. nepotes ex præ-
 mortuo filio, una cum filio vivo; aut fratrum
 fratrisque præmortui filii æque & sic in partes
 æquales succedant, *l. 13. pr. ff. de her. inst.* *Herold.*
de jure Repræsent. concl. 13. n. 13. modo fiat salva
 legitima, quam quisque liberorum illibatam ha-
 bere debet in hereditate parentum; Testator e-
 nim sub nullo colore legitimam minuere potest.
pr. C. §. 1. J. dei noff. test. l. 8. pr. C. eod. Hinc & si Pa-
 ter in testamento æqualitatem inter liberos ser-
 vare obstructus haut sit, sed liberos suos ex dispa-
 ribus portionibus heredes instituere possit, *l. 10.*
16. C. ult. C. fam. ercisc. per id tamen facultas ei
 non conceditur, defraudandi reliquos liberos
 legitima; in hac enim, si læsum se alter præten-
 dat, ad supplementum agere neuiquam prohi-
 bebatur. Idem dicendum, si statuto sit disposi-
 tum, ut testator tantum de certa bonorum parte
 testari possit, sic de jure municipali Neapoli-
 tano

lim. 1. quoad
legitimam.

lim. 2. si sta-
tuto testato-
ri tantum-
modo quo-
ad certam
bonorum
partem fa-
cultas dispo-
nendi sit
concessa.

tano testatur Thom. Carlevalius, *de judiciis tit.*
3. disp. 26. n. 23. testatorem, si sine liberis dece-
 dat, testari posse solum de medietate bonorum
 antiquorum, aliam enim medietatem deberi &
 deferri agnatis & cognatis proximioribus. Ci-
 vis itaque Neapolitanus de medietate bonorum
 antiquorum pertinente ad proximiores non
 potest in eorum fraudem disponere, cum nemo
 possit efficere, quin leges in suo testamento lo-
 cum habeant. *l. 55. ff. de leg. 1.* Quod liberos lim. 3tio
 naturales attinet, in tantum restricta erat po- quoad libe-
 testas testatoris, ut pater, non existente sobole le- ros natura-
 gitima nec matre, non posset in testamento suo li- les.
 beris naturalibus plus relinquere, quam duas un-
 cias, *l. 8. C. de nat. lib.* sed postea hoc mutatum quod tn.
 per *Auth. licet C. eod.* & dispositum, ut ex integro jure Nov.
 asse possint esse heredes, licentia sc. parenti ipso hodie muta-
 rum facta, ut possit pro lubitu, si velit, to- tum.
 tam suam substantiam testamento ad illos trans-
 mittere, salva tamen manente legitima, si paren-
 tes forte testatoris adhuc sint superstites. 101210T
Dec. 152. n. 6. Contra, si pater liberos naturales menobrellos
 testamento excludat, ne quidem pro Sextante in quibus ta.
 quem alias ab intestato vocantur, consequendo, pater natu-
 querelam instituere possunt. ralis sextaa-
Strauch; Diff 11. ad tem, si liberi
7. § 20. legitimi aut
 §. II. Sequitur collatio, quæ est actus, quo cohere- conjug legi-
 des descendentes ascendentibus succedentes, res, tima non
adfit, testa-
mento au-
ferre ne-
quit.
 quas

quas ab ipsis vivis acceperunt, in communem hereditatem conferunt. Collatio namque bonorum nunquam habet locum inter alias personas, quam inter descendentes, succedere volentes ascendentibus, Joh. Saporta *in tract. de collatione cap. 4.* Boer. *Dec. 302.* Ant. Trigon. *sing. 67.* nec quoad alia bona, quam quæ processerunt de bonis illius, de cujus hereditate agitur, Thessaur. *Dec. 46. n. 9.* Veteri quidem jure collatio bonorum solummodo locum habebat in successione ab intestato, diversum est in successione ex testamento; nisi pater hoc ipsum specialiter designaverit. *l. 1. § 7. C. de coll.* Quæ differentia juris veteris in collatione bonorum faciendâ, a Justiniano sublata est, sancitumque; si quisquam intestatus moriatur, siue testatus, omnino faciendas esse collationes, *Auth. ex test. C. de coll. Nov. 18. c. 6.*; Nemaufensis *de Coll. qu. 32.* Quippe mortis tumultus, oblivionem induxisse putatur, *d. c. 6.* Patris tamen testaturi arbitrio relictum, num velit collationem fieri necne, si enim expresse designaverit, se nolle fieri collationem, illi locus non erit, *d. c. 6.* Papon. *Lib. 21. tit. 7. arrest. 7.* Hackelm. *Disp. 3. ad ff. th. 5. lit. D.* licet postmodum libris rationum illud, quod impendit, intulerit, ut liquide patet ex præj. *Fac. Jur. Lips.*

Hat B. v. G. unterschiedene Kinder, und unter denen auch zweene Söhne gehabt, auf deren studiren er ein ziemliches verwendet, welches er jederzeit

Testator
collationem
liberis remittere
potest.

zeit in sein Handels-Buch aufgezeichnet, nachge-
hends aber, wenn er die Bücher und seine Jahrs
Rechnung geschlossen, solches, was er von denen
sumtibus studiorum eingetragen, denen beyden
studirenden Söhnen gut und hinweg geschrieben:
Es hat sich aber begeben, daß der Vater B. jüngst-
hin Todes verfahren, da denn in denen Handels-
Büchern der jüngste Sohn mit 1800 rthl. welche zu
seinem studiren aufgewendet, offen gestanden, des-
wegen denn zwischen denselben und denen andern
Kindern Zweifel vorfället, ob derselbe diese 1800
Rthl. zu conferiren schuldig sey.

Ob nun wohl jene, welche meynen, als wenn der
jüngste Sohn Cajus, die 1800 Rthl. zu conferiren
verbunden, anführen, daß eines theils der Vater
diese aufgezeichnet, und doch solche nicht abgeschrie-
ben, theils, daß derselbe in seinem verlassenen Testa-
mente ausdrücklich verordnet, daß dasjenige, was
in die Handels-Bücher bey eines und des andern
Conto als debet eingetragen, und nicht abgeschrie-
ben worden, solches zu prästiren schuldig sey.

Dennoch aber und dieweil durch die bloße Auf-
zeichnung die collation desjenigen, was zum stu-
diren aufgewendet, nicht zu behaupten, in dem
angezogenen Testament auch enthalten, daß keines
des B. Kinder zu einiger collation dessen, was er auf
Hochzeit, Ausstattung, Studia, Reisen oder sonsten
gewendet, keinesweges verbunden seyn sollen, wel-



ches denn, daß es auf diejenige, die so wohl vor, als nach dem gemachten Testament geschehen, zu extendiren sey, daher guten theils abzunehmen, weil der Vater, als er nach demselben bey der letzten Schluß-Rechnung denen beyden Söhnen die auf das Studiren gewandte Kosten gut geschrieben, welches auch zweifels frey ferner würde geschehen seyn, wenn er die Jahres-Rechnung würde erlebt haben; Hienächst, was von denen Kindern aus dem Testament angeführet wird, nicht schlechter dinges auf alles dasjenige, was in denen Handels-Büchern als debet eingetragen und nicht abgeschrieben, zuziehen, sondern nur auf dasjenige, was von denen Kindern erborget, und deswegen eine Obligation zur Erstattung vorhanden, oder doch an statt derselben in denen Handels-Büchern sich so viel befindet, daß bey der Conto als debet solches eingetragen, und doch nicht abgeschrieben, zu verstehen sey.

So ist auch bey solcher Bewandniß der jüngste Sohn Cajus die auf sein Studiren verwendete und in des Vaters B. Handels-Büchern stehende 1800 Rthl. zu conferiren nicht schuldig. V. R. W.

Testator
non potest
in præjudi-
cium legiti-
mæ reliquis
liberis re-
mittere col-
lationem.

Verum si pro uno vel altero filio erogatum tantum sit, ut nec ceteri legitimam habere salvam queant, restricta est testatoris potestas, ut in præjudicium legitimæ collationem remittere non valeat, qua nec parentes nec quispiam alius defrau-

defraudare eos debent, Carpz. *P. 3. c. 11. D. 19. n. 2. § 4.* Berlich *P. 2. Dec. 249. n. 5.* Singulari quoque ex privilegio quædam res collationi eximuntur, ut sumtus studiorum, de qua materia vid. Dn. Stryck. *de success. abint. Diss. 11. cap. 3. § 4.* Hinc fratres natu minores petere non possunt a fratribus majoribus, qui studiis operam dederunt, ut etiam post parentis obitum ex communi hereditate sumtus fiant in ipsorum studia, Christinaeus *P. 2. Dec. 180. n. 2.* Voet. *de famil. ercisc. c. 8. n. 17.* conferatur similis decisio in casu, ubi filia majorennis vivo patre sumtus nuptiales nacta est, Berlich. *P. 1. Dec. 8. n. 4.* Finckelth. *Obs. 66. n. 6.* Cessat tamen hæc immunitas, quando testatoris contraria voluntas de conferendis talismodi rebus aliud s'vadet. Horat. Luc. *de privileg. Scholar. priv. 27. v. 11. declara § c.* Michalor. *de fratrib. Part. 1. Cap. 26. inf. vid. Dec. Elect. Sax. 50.* Nisi liberi hereditate paterna abstinere velint, tunc licet pater conferre eas res acceptas testamento præceperit, ad collationem tamen non obligantur, arg. *l. 9. ff. de dot. collat. l. 55. ff. de leg. 1.* Struv. *in S. 7. C. Exerc. 34 th. 36. inf. cum collatio non nisi ab heredibus fiat, l. 1. §. 1. § tot. tit. ff. § C. de collat.* Nemaufens. *de collat. cap. 1. n. 4.* modo legitima sit salva ceteris liberis, Struv. *c. l. th. 41.* Sed sufficitne patris in testamento facta assertio, si asserat v. gr. unum ex liberis mille flore-

sumtus studiorum non conferuntur.

nisi pater aliud in testamento disposuerit.

an sola professio patris sufficiat, ut

ea propter
liberi acce-
pta conferre
teneantur?

florenos ut paternum subsidium accepisse. Affirm.
Mev. P. 4. Dec. 233. n. 2. obl. f. C. fam. erisc. Neg.
Carpz. P. 3. C. 11. D. 16. Nos respiciendum existima-
mus, num liberi per ejusmodi professionē circa
conferenda læsi sint in legitima, an non? Posteriori
casu Mevii, priori autem Carpz. sententiam admit-
timus; ne alias liberi per indirectum a parentibus
defraudari possent legitima; Sicut etiam non po-
terit disponere, ut his, quibus ex lege præstari de-
bent alimenta, pro ratione facultatum, præsten-
tur alimenta ultra facultates, l. 2. §. 3. ff. ubi pup.
educ. deb.

an maritus
in testamen-
to uxori suæ
collationem
possit re-
mittere?

§. III. Vidua portionem statutariam petens,
jure Elect. Sax. conferre debet omnia sua bona et-
iam constante matrimonio quæsitæ, *Const. Elect.*
20. P. 3. Quæritur itaque, an maritus possit colla-
tionem uxori in testamento remittere, & aliquos
ex liberis solummodo quoad legitimam heredes
instituere, & affirm. nec liberis in legitima tan-
tum institutis permittitur collationes urgere,
arg. l. 6. ff. qua in fraud. cred. cum non dimi-
nuat patrimonium ipsorum, vid. Berlich. Dec.
114. Legitima enim debetur ex patris bonis,
per acquisitionis autem omissionem aliquid
in bonis patris esse non desinit, sed id tantum agit,
ut hereditas non locupletetur. Hinc Maritus re-
nunciare potest lucro dotis, & successioni statuta-
riæ in mobilia uxoris, etiam in præjudicium
creditorum



creditorum, Carpz. p. 3. c. 23. def. 21. item hæreditatem delatam repudiare potest debitor obæratuſ. Brunn. ad l. 6. ff. de his qua. in fr. Cred. Stryck. de ſucc. qua. ab int. c. 5. art. 3. §. 27. diff. Carpz. p. 2. dec. 161.

§. IV. Ubius primogenituræ propter conſervationem familiarum, earumque ſplendorem obtinet, cujuſm. exempla vid. penes Carpz. de leg. Reg. Germ. cap. 9. Sect. 1. n. 6. Springsfeld de Apanag. cap. 3. n. 41. ſeqq. Befold de ſucceſſ. Reg. Lib. 1. Diff. 6. n. 10. Pater filio primogenito teſtamento præjudicare nequit, arg. l. 3. ff. de interd. Bellemer. Decis. Canon. concl. 717. n. 7. Molin. in conſu. Paris. P. 1. §. 13. Gl. 3. verb. pour ſon droit. n. 25. Otto in jure publ. cap. 18. p. m. 584. Teſtamento quippe neque dari, neque adimi primogenito juſ poteſt, arg. 1. F. 8. pr. cum à patre tranſitorium non ſit, ſed a lege & conſuetudine ſingulari, ſeu providentia primi acquirendis, l. 67. pr. c. §. 1. ff. de leg. 2. Unde conſequitur, Principem in teſtamento diſponere non poſſe, ut ſecundogenituſ ſuccedat, Peralta in l. 3. §. 3. n. 36. ſq. ff. de hered. inſt. Knipſchild de fideic. fam. cap. 11. n. 201. niſi primogenituſ ſponte partibus ſiſ ceſſerit, Dn. Coccej. in jur. publ. c. 27. §. 9. Unde cum Fridericuſ Elector Brandenburgicuſ Johanni primogenito Fridericum ſecundogenitum in Electoratu præferret, primogeniti conſenſum

Pater non poteſt filio primogenito primogenituram adimere in teſtamento.

B ſenſum

fensum prius requisivit, Rumelin. *ad A. B.*
Diss. 6. th. 7. in addit. Limn. ad A. B. cap. 7. §. 2.
obs. 8. A jure primogenituræ differt jus Majora-
 tus, in quo non habetur respectus ad certam li-
 neam, sed ad totam familiam, ita ut ex agnatis
 succedat, qui ætate major. Reinking. *d. R. S. &*
E. Lib. 1. c. 4. & 17. n. 37. ubi & dispositio ultima
 testatori denegatur. Testator igitur, quemad-
 modum primogenituram constitutam tollere
 nequit in præjudicium vocatorum, ita nec e-
 am introducere potest, nam in allodialibus
 resistit jus commune & naturalis æquitas; in feu-
 dis autem ita ab initio non concessis, jus quæsi-
 tum omnibus descendantibus a primo acquiren-
 te, adimi non potest. Distinguendum tamen
 esse puto, inter bona allodialia & feudalia, in il-
 lis dispositio testatoris in extraneis heredibus lo-
 cum habet, cum unicuique de bonis suis testari
 liceat pro lubitu, inter liberos autem non aliter
 valet, nisi illis fervetur integra legitima. In his
 autem, quid statuendum sit, ostendit Nic. Beth-
 de *pactis fam. illustr. cap. 9.* Ex hoc fonte descen-
 dit, nec patrem primogenito jus suum adimere
 posse ex causa ingritudinis, cum illi non volun-
 tate patris, sed legibus regni seu Principatus de-
 feratur successio.

§. V. Sequitur rerum obligatio, ut dispicia-
 mus, quatenus & hic potestas testatoris legibus
 restricta sit. Disquiritur itaque, an testator expres-
 se

se obligare possit bona heredis? Aff. Jul. Clar. Rec. sent. lib. 3. §. testam. qu. 71. quia heres adeundo hereditatem censetur approbasse ipsam obligationem factam per defunctum; secus autem se res habet, quando simpliciter se, & sua bona obligavit proprio nomine, licet enim pignus ultima voluntate constitui possit, l. 26. ff. de pign. act. l. 9. ff. de ann. leg. v. gr. si prædia pro alimentis relictis obligentur, l. 12. ff. de alim. leg. in bonis tamen heredis eo casu hypotheca locum non habet.

Quod autem dicitur testatorem posse obligare rem heredis sui, procedit tantum quoad hoc, ut detur creditori actio personalis contra hæredem, non vero actio hypothecaria contra tertium possessorem, Ludov. de Casanate *cons. 30. n. 19.* de qua materia vid. infra §. 10.

Testator non poterit obligare res heredis, ut exinde actio hypothecaria nascatur.

§. VI. Huc spectat spinosa illa quaestio; utrum in testamento contractus celebrari possit? Aff. Carpz. P. 3. C. 5. D. 20. 21. Ferret. ad l. 2. ff. de pact. n. 5. Frid. Pruckman. V. 2. *Cons. 1. n. 342. seqq.* Argentraeus ad jus Britan. de donat. art. 223. Gl. 2. n. 3.

An contractus in testamento celebrari possit?

Ant. de Gamma *Decis. Lusit. 173. n. 3.* (1.) arg. l. 1. §. 3. ff. de assign. libert. ubi assignatio libertorum facta, heredis institutionem non viciat, assignatio autem libertorum, neque legatum, neque fideicommissum est, sed potius actus inter vivos. (2.) arg. l. 26. ff. de pign. act. ubi pignus testamento constitui dicitur. Petr. Rebuff. ad l. 20. ff. de V. S. num. 6. Sed pignus est contractus

Affirmativa opinio refertur.

S. f. J. quib. m. re contrah. oblig. (3.) arg. l. 29. ff. de testam. tut. ubi stipulatio de tutela recipienda fit in testamento, & tamen valet. (4.) *ob l. 37. § 5. ff. de leg. 3.* ubi depositi contractus proponitur testamento celebratus. (5.) *ob leg. 77. §. 23. ff. de leg. 2.* in qua lege testator jurejurando heredem adstringere potest, ut aliquid faciat. (6.) *ob l. 6. C. de jur. delib.* ubi hereditatis aditio, quæ tamen quidam quasi contractus est, fieri in testamento permittitur. Ex eo infert Gutierrez *ad l. nemo potest ff. de leg. 1. n. 260.* quod etiam quasi contractus possit celebrari in testamento. *l. 86. §. fin. ff. de adquir. hered.* Negant autem Ricciard. *ad rubr. de testam. ord. n. 707. seqq. Fachin. lib. 5. Contr. 32. Vinn. ad §. 1. J. de test. ord. n. 7. Eckold ad ff. tit. qui testam. fac. poss. §. 26. Huber ad tit. J. de ord. testam. th. 5. p. m. 145.* tum, quia diverso jure censentur testamenta, itidem & contractus. *l. 20. ff. de V. S.* Hinc alterum cum altero quoad effectum ad idem & respectu ejusd. regulariter coalescere nequit; nam testamenta usque ad mortem possunt revocari. *l. 4. ff. de adim. leg. a* contractibus vero semel initis non licet alterutri contrahentium invito altero recedere, *l. 5. C. de O. & A.* tum quia testamenta uno contextu fieri debent, nullo actu extraneo, ut sunt plerique contractus, interveniente, *l. 21. §. fin. ff. qui testam. fac. poss. l. 21. pr. C. de testam.* Testamentum enim illud, in quo contractus celebratur non fit

Negativa
opinio re-
fertur.

fit continuo actu & uno contextu; sed celebra-
 tione contractus interrumpitur. Ad obst. LL.
 resp. (1.) assignationem libertorum a nuda volun-
 tate pendere, pari modo, uti hereditatis aditio-
 nem, nam testator cum alio quicumque non agit,
 sed suam tantum voluntatem explicat. (2.) in alleg.
l. 26. pignoris verbo intelligi non contractum
 pignoratitium; sed jus pignoris per modum le-
 gati constitutum, ut ex antecedentibus colligitur,
 ibi: *miserit, pignus constitui.* Jus enim pigno-
 ris non tantum constituitur per conventionem,
 sed etiam per ultimam voluntatem (3.) in *l. 29. ff.*
de test. tut. non fieri stipulationem in testamento,
 sed præsumtionem, tutorem eo ipso tum ex
 voluntate testatoris scripsit testamentum, &
 se esse tutorem consensisse. (4.) in *c. l. 37.*
 §. 5. in codicillis, de quibus lex illa agit, non esse
 contractum depositum, sed de illo, quod jam antea
 contractum fuerat, cautum in codicillis, ut re-
 stituatur illi, cui ex depositi conventionem fuerit re-
 stituendum. (5.) Ad *l. 77. §. 23.* resp. juramentum
 non esse contractum, sed declarationem volun-
 tatis, invocatione divini numinis confirmatam.
 Mich. Grasfis *Recept. sent. vol. 1. §. testamentum*
qu. 60. n. 2. Hoenon. *in quest. jur. Disp. 7. §. 6.*
 Mynsing. *Lib. 1. Obs. 8.* Coraf. *Tit. I. ad l. ubi ita*
donatur ff. de donat. mort. caus. n. 9. distingunt;
 num talis contractus non sit remotus vel alienus,

non omni
 alios in ma
 non omni
 iupen

non omni
 in 29. au
 non omni
 iupen illo

Media sen-
 tentia refer-
 tur.



sed ad testamentum aliquo modo pertineat, & cito expediatur, an sit omnino extraneus. Priori casu contractum admittunt, secus posteriori in casu; Tabör *vol. 1. ad Tit. ff. de pact. dot. al. c. 4. §. 5. p. m. 793.* Nobis placet opinio Diod. Tulden. Comment. *ad J. lib. 2. tit. 10. c. 6.* qui dicit, aliud esse contractum interponi, quod divisionem actus testamentarii inducit, aliud vero conjungi, si nempe testamento coram testibus recitato, coram iisdem deinde aliud quid negotii testator stipuletur, quamvis id eidem chartæ inscribatur, quod in testamento licite fit. Durantes *de arte testandi tit. 6. caut. 3.*

Unio prolium in testamento fieri nequit.

§. VII. An unio prolium in testamento fieri possit? disquiritur & neg. Dn. Stryck, *de success. ab int. Diss. 8. cap. 6. §. 3.* præprimis cum requiratur præcedens causæ cognitio, Carpz. *Lib. 5. Resp. 6. n. 20.* & decretum Magistratus, ut accedat, necesse fit, *arg. l. 2. C. de prad. Decur.* Dn. Stryck. *in us. mod. ff. de adopt. §. 10.* Sed an unio prolium testamenti factionem adimat? quæstionis est. Franzk. *Lib. 2. Res. 28.* distinguit, num parentes simpliciter de suis bonis, an vero etiam de ipsa unione disposuerint. Posteriori modo unionem prolium per testamentum tollere non possunt, priori casu autem illis testamenti factio manet, quia melioris conditionis ac proprii liberi esse non possunt, modo legitima salva maneat. Dn. de Lyncker *Cent. 5. Dec. 432.*

Unio prolium per testamentum tolli nequit.

§. VIII.

§. VIII. De testatoris confessione in testamento facta, quatenus heredi præjudicet, pauca veniunt explicanda. Attentendum itaque erit, aut testator dicit se debere, aut sibi deberi, aut se jam solviffe. Quando testator confitetur in testamento, se esse debitorem alicujus, ista confessio nocet heredibus, voluntati enim testatoris omnino obediendum est. *l. 13. C. d. usufr. & habit.* Camill. Borell. *consil. 98. n. 8.* Diss. Mol. *ad consuet. Burgund. tit. de successions rubr. 7. le testateur per testament. § 5. verb. meilleur de l'autre n. 1. p. m. 957.* Dispiciendum tamen est, utrum confessio fiat causa expressa, an non; priori casu, v. g. Sempronio mille debeo ex mutuo simpliciter testatori creditur, & datur condictio ex mutuo. Posteriori casu, si causa nulla fuerit adjecta, valet tantum ut legatum seu fideicommissum, *l. 93. §. 1. ff. de leg. 3. l. 28. §. f. ff. de liberat. leg.* Abbas Panorm. *P. 2. Cons. 85. n. 2.* Carpzov. *P. 3. Const. 9. Def. 22.* Struv. *in JPr. For. Lib. 2. tit. 24. aph. 18.* Ex quo fluit, quod si testator mandet heredi, ut solvat omnia, quæ scripta reperta fuerint, in privata quadam scheda, heres teneatur illa præstare, modo verba dispositiva in testamento adsint, verbis enim enunciativis fides non habenda; quapropter assertio testatoris, qui in testamento minorem summam sibi deberi scripsit, non nocet heredi, sicut non prodest debitori, *l. 10. C. com. utriusque judicii l. 6. C. de*

Testatoris
confessio
quatenus
præjudicet?

de prob. ibique Sichard. num. 6. Perez. ad Cod. tit. comm utr. jud. n. 7. Et 8. Lim. 1. Si testator locutus esset per dictionem taxativam, tantum, duntaxat, arg. l. 3. §. 10. ff. de adm. leg. nam taxativarum natura hæc est, ut præter id, quod affirmant, reliquum totum negent, ita ut etiamsi quis plus debeat, tamen videatur legata liberatio, arg. l. 40. ff. de pact. nisi per heredes probatum fuerit, testatorem errore lapsum id dixisse, arg. l. 5. ff. de transact. Munnoz de Escobar. de Ratiociniis c. 41. n. 37. Lim. 2. Si testator juramento assertionem corroborasset, tunc standum est scripturæ, Nov. 48. Christin. V. 5. Dec. 184. n. 1. nam juramentum est argumentum enixæ voluntatis, quasi voluerit summam, quam expressit tantum petere, & reliqua insuper habere, l. 77. §. 23. ff. de Leg. 2. Hinc illud consequitur, debitorem non ultra quantitatem à testante jurato assertam, conveniri posse, ut ut plus debeat. Adeo, ut si heres vellet probare perjurium, amitteret omne commodum, quod ex testamento haberet. Restrigitur tamen testatoris potestas (1.) si fuerit obærat, Ritterh. ad Nov. P. 6. tit. 9. c. 7. n. 7. dictum enim testatoris non præjudicat creditoribus, Nov. 48. cap. un. §. 1. Ceph. V. 3. Conf. 347. n. 9. Cornazzan, Dec. 150. n. 4. Cabedo Dec. 108. n. 6. Rodriquez. de concursu credit. Dec. 2. n. 1. quia non creditur alicui in eo, quod concernit commodum suum & onus alterius,

rius *l. 10. ff. & C. de testib.* Caballin. *de evict.* §. 3. vel (2.) testator in præjudicium legitimæ quid disponat; v. g. si pater in testamento asserat, se debere uxori bis mille florenos, nam quando liberi prioris matrimonii se ea propter in legitimam laesos esse picunt, patris assertio ipsis non præjudicat, Carpz. *P. 3. C. 11. Def. 16.* quia liberi judicantur in legitima, sicut creditores. (3.) vel tendat in præjudicium bonorum adventitiorum liberorum, Joh. Bapt. Ciarlin. *P. 2. controv. forens. judic. lib. 2. cap. 169. n. 52. seqq.* nam alioquin esset in potestate patris per suam confessionem non solum liberos a tota legitima excludere, sed etiam bona adventitia annihilare. Vel (4.) illa persona, cui testator professus se debere, non sit capax legati, v. gr. si testator, cum non possit legari alicui, dixit se ei relinquere, quia ejus est debitor, *l. 37. §. 6. ff. de leg. 3. l. 27. ff. de prob.* Roder. Svarez. *ad l. 1. de honor. acquisitione n. 28.* Franc. de Amaya *ad l. 1. c. de delator. n. 20.* quo casu debitum aliter, quam assertione illa probari debet, Menoch. *Lib. 3. præf. 45. n. 26.* quia in quolibet actu, qui fraudis præsumptionem habet, non sufficit confessio partis, sed necessaria est vera probatio, *l. 22. vers. ita tamen & l. 23. vers. si quis & c. C. mandat.* Videtur enim talis confessio eludendæ legis gratia magis facta, quam quod testator aliquid deberet; quod autem relictum a defuncto in fraudem legis, aut statuti, nec potest ut legatum, nec ut debitum peti, Costal. *ad l. 27. ff. de prob.* Vel (5.) quantitatem non expresserit testator, v. g. si leget Titio, quæ ei debet, si appareat nihil debere, non valet legatum. *l. 75. §. 1. ff. de leg. 1.* Menoch. *lib. 4. præf. 24. n. 14.* Quod si sibi deberi dicat testator, v. g. si asserat in testamento, Sempronium sibi debere mille, ad probationem non sufficit, *l. 6. & Auth. quod obtinuit & c. C. de prob.* Brunn. *ad d. l. 6. n. 4.* Cujac. *ad Nov. 48. cap. 1. inf.* Nam debitori putativo confessio alterius præjudicio non est, *Nov. 48. c. un. §. 1.* nec rationes pro scribente etiam mortuo, & ejus herede probant
C Gilken.

Gilken. *ad l. 5. C. de prob. Struv. in S. 7. C. Ex 28. ib. 25.* Excipiuntur libri mercatorii, qui tamen semiplenam tantum faciunt probationem, Gail. *lib. 2. Obs. 20.* Nicolai de Passeribus *lib. 4. tit. de libris mercatorum* & licet testator disposuerit, quod libris rationum fides sit adhibenda, nihilominus in præjudicium debitorum plene non probant, bene tamen in præjudicium heredum, Tiraqu. *de retractu T. 3. S. 4. Gl. 1. n. 9.* nec erit considerandum; si testator v.g. in suo testamento asseruerit, se per Dei gratiam nullius esse debitorem, *l. 6. C. de testam.* cum nemo se propria confessione a debitis liberare queat. Nec jurata testatoris assertio sufficit ad probationem debita sibi quantitatis contra debitores. Si itaque contingeret, ut testator se mille debere, religiose assereret, & post mortem ejus creditores peterent bis mille, idque aliis documentis probarent; heredes autem objicerent testamentum juramento confirmatum, creditoribus sane nihil ex hoc, se testatoris juramento, præjudicii comparatur, quo minus debitum bis mille thalerorum exigere possint, quia jusjurandum, quod personale est, alterum non ligat. *d. Auth. quod obtinet C. de prob.* Si testator fateatur, debitum sibi solutum esse, debitorem in totum liberat, eidemque dat exceptionem ex testamento, si ab herede conveniatur, imo actionem contra heredem, ut a debito liberetur, *l. 4. C. de fals. caus. adj. Reyger. in ibes. jur. voc. testament. n. 13. Perez. in Cod. tit. de confess. n. 20.* nam aut debitum vere est solutum, & sic heredi obstabit exceptio solutionis; aut non solutum, & sic videtur testator liberationem hoc modo debitori legasse, *tot. tit. ff. de liberat. leg.* nec enim falsa causa adjecta tollit legatum, *S. 31. 7. de legat.* Nisi possit probari, quod testator errore lapsus existimaverit solutum quod solutum non est, *l. 1. C. de fals. caus. adj.* vel tendat in fraudem legitimæ; sic confessione patris vendentis omnia bona secundæ conjugii, & consentientis se pretium recepisse, in præjudicium liberorum non statur. Ozafo.

Dec.

Dec. 172. n. 14. uti nec valet, si in bonorum maternorum præjudici-
um asserat, se illa solvisse; modo liberis ultra legitimam nihil sit
relictum; v. g. si pater in testamento asserat, filiis prioris ma-
trimonii satisfactum esse ex bonis maternis, nec teneri se-
cundam conjugem amplius quid iisdem solvere; nam quan-
do liberi prioris matrimonii, se in legitima læsos, nec bona
materna sibi soluta esse, dicunt, patris assertio ipsis non præju-
dicat, Carpz. P. 3. C. 11. D. 16. Sed quid, si testator simpliciter
mandet, solvi debita, an hoc mandatum & de præscriptis est
intelligendum? neg. Gabr. Saray in addition. ad Matth. Mattel.
sing. 14. n. 6. Bart. de arbitr. & comprom. qu. 1. n. 27. Joh. Franc.
Balbus de præscript. qu. 5. n. 14. Munnoz. de Escobar. de ratioc.
cap. 23. n. 10. quia vix veniunt nomine debitorum, dissent. Me-
noch. de arb. judic. quest. lib. 1. qu. 57. n. 4. seqq. cujus opinio
procedit, si testator nulla alia debita haberet quam præscri-
pta, tunc illa solvenda essent, quod illa testator intel-
lexerit, ne videatur frustra & inutiliter locutus. l. 24. ff. de
instrum. & instrum. leg. Pacian. Conf. 82 n. 94.

§. IX. De usuris, an licite exigantur, alias disquiritur, Testator an
quam materiam pertractant, Franzk. Ex. 9. qu. 4. Bronchorst possit impo-
cent. 2. enant. 77. hic autem quaritur: an testator possit impo-
nere heredi certas usuras solvendas, donec quantitas a se le-
gata præstetur legatario? v. g. testator mille legavit Sempro-
nio, & heredem damnavit, ut illi in annos singulos quinqu-
aginta det, donec mille illa legata omnino solverit, quale
legatum valere asserunt, Surdus lib. 1. cons. 23. Hier. Gabriel.
Lib. 2. conf. 155. n. 12. Frid. Martini de jure censuum cap. 3. n. 24.
seqq. Vasqv. de Success. T. 1. lib. 1. §. 4. n. 19. tum ob leg. 3. §. ult.
ff. de ann. leg. tum quia emptioni annuorum reddituum magis
æquiparantur, quæ jure licita censetur, vid. Cavale. P. 1.
Dec. 35. & P. 2. Dec. 2. n. 40. Dec. 13. n. 51. & 52. Cotta Memor. voc.
usur. possunt & c. Ferrett. V. 2. Conf. 247. n. 12. cum hujusmodi an-
nua præstatio, non recipiatur causa mutui & ex obligatione
heredis, sed ex voluntate testatoris, qui ex mera liberalitate, u-

utrumque h. e. tam certam pecuniæ summam, quam annuam pensionem donat & relinquit, ut resp. testantis sit donatio, respectu legatarii vero interesse, Jul. a Beyma *ad. l. 16. ff. de usur.* quia heredes non conveniuntur ex liberalitate sua, ex qua alias nemo ad usuras tenetur, *l. 16. ff. de usur. arg. l. 50. ff. de rejud.* sed ex quasi contractu, siquidem hæres per aditionem hereditatis cum creditoribus & legatariis quasi contrahere dicitur, Georg. Widem. *de contract. tit. 25. n. 18.* Cujusm. legata frequenter uxoribus dantur, ut, donec dotes suas acceperint, aliquid percipiant loco usurarum, Fachin. *in contr. jur. lib. 6. cap. 72.* Covarr. *P. 2. Varr. Ref. lib. 3. c. 1. n. 9. dissent.* Joh. Campege. *de dote, quæst. 18. n. 3.* Vivius *Lib. 3. Dec. 424. n. 20. seqq.* Restrigitur tamen testatoris potestas, quando usura in testamento relicta legitimum modum usurarum excedunt, *dict. l. 3 §. ult. ff. de ann. leg. Vasqu. c. l. n. 24.* Verum casus hic probe sunt distinguendi, scilicet, an testator ita legaverit, ut legatarius non possit petere summam legatam, nisi post certum aliquod tempus: v. g. legantur centena solvenda post decem annos, & interea sena vel septena annua, hoc casu præstationes annua non sunt vice usurarum & hinc ad legitimum modum usurar. nulla est adhibenda reductio, sed standum est voluntate ac dispositione testatoris; & illud omne, quod legatum, præstandum; siue consvet. modum usurarum excedat, siue non, Joseph. Gibalin. *de usur. fænerat. lib. 1. c. 7. art. 8. n. 39.* nam eum testator possit tot annua legare, donec quidpiam factum sit, aut evenerit; quidni & donec aliquid solutum sit. An verò, ut legatario liberum sit legatum exigere, quamdiu autem non exigat, testator annuas usuras heredem præstare jusserit, hoc casu non debet excedere probabilem modum usurarum, sed ad eum reduci. Carol. Molinæus *de usur. n. 485. seqq.* testator enim non potest disponere contra legem & juris prohibitionem. *l. 13. C. de testam.* Plane etiam, si defunctus in ordinanda sua ultima voluntate. confiteatur, se usurarium fuisse, ac multum scænoris à proximo suo abstulisse, talis

Sim. si usura
legitimum mo-
dum excedant.

Testator se
usurarium
fuisse in testa-
mento profite-
ri potest.

talis confessio omnino locum habet; itaque ejus heres obligabitur ad usurarum restitutionem, & damni proximo illati compensationem, Math. de Afflict. de jur. proxim. §. 4. n. 7. & ejus testamentum tanquam usurarii redditur nullum. c. 2. d. usur. in 6. Sigism. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 9. n. 301. Joh. Crotus de testibus. P. 7. n. 101. Dissent. Laurentius de Rodulphis de usur. qu. 80. n. 10.

§. X. In ultimis voluntatibus sæpius fidejussores & cautiones sunt præstandæ; exempla occurrunt in l. 40. §. f. ff. de jussionem prohibere, & u-
cond. & dem. l. 1. §. 9. ff. de collat. l. 1. §. 1. ff. ut legat. nom. cav. Aub. heredes fide-
cui relictum C. de Indict. vid. tollenda. Bona quoque testatoris jussiores con-
interdum tacite sunt oppignorata, ut legatariis, l. 1. C. comm. stituant, di-
de legat. Testatori tamen omnem non solum fidejussionem, sponere po-
sed etiam cautionem & tacitam hypothecam in testamento test.
relaxare integrum est, Nov. 108. c. 2. Mich. Grassis. Rec. sent. Testator jus
lib. 1. qu. 66. Jul. Clar. sent. lib. 3. §. testamentum qu. 70. E con retentionis
trario testator, ut heres creditoribus & legatariis pro creditis legare potest,
& legatis exsolvendis fidejussores constituere debeat, dispo- legare potest,
nere potest. l. 26. ff. de pign. act. Negulant. de pignor. P. 3. membr. 1. n. 26. per talem tamen dispositionem non tollitur le-
gati generalis hypotheca, seu quæ creditoribus antea jam Testator jus
constituta erat, l. 9. ff. de ann. legat. Bach. de pign. lib. 5. c. 11. n. 1. retentionis
Pari modo testator legare potest jus retentionis, quod habet legare potest,
ratione pignoris, & hypothecæ in re, Molignat. de Retent. Testator in
qu. 352. Permittitur quoque testatori per ultimam suam di- bonis here-
spositionem ex rationabili aliqua causa, & adjecta aliqua poe- dis validam
na fidejussionem heredi prohibere, arg. l. 88. §. 15. f. de leg. 2. l. f. hypothecam
C. de reb. alien. non alien. Hering. de fidejuss. c. 1. n. 96. seqq. constituere
Excipitur tamen fidejussio in casu necessitatis, quæ haud in- nequit.
ter dicta est. Sed an in bonis heredis hypothecam constituere
possit testator, disquiritur? & hac in parte restrictam esse
testatoris potestatem, asserimus ob l. 22. ff. de pign. & l. 41. ff.
de pign. act. Joseph. de Sesse T. 2. Dec. 179. n. 10. seqq. Nam si
testa-

Testator fide
jussionem pro
hibere, & u-
heredes fide-
jussiores con-
stituunt, di-
sponere po-
test.

Testator jus
retentionis
legare potest,

Testator in
bonis here-
dis validam
hypothecam
constituere
nequit.

testator debitor obligavit creditori rem alienam, & postea dominus illius rei efficiatur heres debitoris, non reconvalescit obligatio pignoris, ut ex ea creditor possit agere hypothecaria actione contra dictum heredem, nam creditori in re aliena pignori data jus in re non acquiritur, *l. 6. C. si res aliena pign. dat.* Sed dabitur ei pignoratitia contraria descendens ex persona defuncti in heredem, cum creditor, cui res aliena obligata est, contra debitorem agere possit. Heres autem representat personam debitoris, vid. Dec. Rotæ Rom. 4. & 5. ad Merlini tract. de pign. & hyp. Nam alleg. l. 41. in f. loquitur de casu, quo quis sine voluntate sua heres factus est, comma enim a Gothofredo in d. l. 41. post voluntate positum, ibidem delendum, & ponendum ante sine, ita ut ibidem legatur: *Non est idem dicendum si ego Titii, qui rem meam obligaverat, sine voluntate mea heres exitero.* Ut in §. 7. in fin. 7. de fidei comm. hereditate, quo cavetur, ut si herede nolente adire, fidei commissarius desideret sibi restitui hereditatem, tum nullum nec commodum nec damnum apud heredem debeat remanere: si ergo nullo damno heres talis afficiendus est, sequitur ut nec damnum rei suæ habeat ab alio oppignoratæ: quale damnum alias sentire debuisset, si voluntate sua heres factus fuisset. Dissent. tamen Gratian. P. 2. dist. forens. c. 223. n. 76. Jam porro testator in pignore constituto si fidejussione in præjudicium creditoris nil quidquam disponere potest; *l. 15. C. de pign. Statil. Pacific. de Salv. interd. in sp. 3. cap. 2. n. 535.* Sic quando debitor in mora est, creditor pignus potest distrahere, *l. 7. C. de distr. pign.* queritur itaque: An debitor testamento cavere possit, ne pignora a se data creditoribus, distrahantur, addita poena contraventionis, ea tunc fisci fore. Et resp. neg. ob. l. 1. C. debit. vend. pign. quia debitor non potuit jus alterius suo testamento mutare, *l. 78. §. ff. de leg. 3.* Joh. Carvalho, de una vel altera quart. deduc. ad cap. Raynoldus de testam. P. 2. n. 261. Consequenter & quando uxor

Testator creditori quoad pignora & fidejussiones præjudicare nequit,

se principaliter obligavit, & maritus pro ea fidejussit, tunc etiam si maritus postea ordinem invertere velit in testamento, cavendo, se eam pecuniam universam debere, & uxorem tantum fidejussisse, uxor nihilominus obligata manet, nec gaudet beneficio SCti Vellejani. *l. 28. pr. ff. ad SCt. Vellej.* falsa enim testatoris confessio veritati non præjudicat, *l. 39. ff. de pign. act. l. 3. § 1. ff. ad SCt. Silan.* maxime si illa assertio vergat in præjudicium tertii, cui jam jus est quæsitum.

§. XI. Pari modo & mariti confessio in testamento facta super dotis reali illatione in concursu creditorum nihil probat, *Cz. P. 1. C. 28. D. 72. seq. Brunn. ad l. 6. C. de prob. n. 13.* Uti nec patris assertio, si in testamento dotem se numerasse dicat, filix illiusve marito præjudicat, sed si dotem accepisse negent, heredibus solutionis factæ incumbit probatio, *Dn. de Lyncker. Dec. 362. Cz. P. 3. C. n. D. 16.* cum alias parentes per indirectum liberos defraudare legitima possent.

Testator. confessio uxorem dotem intulisse creditoribus non præjudicat? Idem dicendum de patre asserente quod filix dotem solverit.

§. XII. Unde apparet, quamvis testator disposuerit, ne confessioni propriæ seu chirographo opponi debeat intra biennium non numeratæ pecuniæ exceptio, *l. 14. pr. & §. 2. C. de non num. pec.* attamen hoc non præjudicat creditoribus, sed, hac dispositione non obstante, in concursu creditorum eandem valide opponere possunt, verum heredibus, ne utantur exceptione non numeratæ pecuniæ vetare potest, *Vasq. de success. T. 1. Lib. 1. n. 29. §. 9. Surdus dec 30. n. 24.* Et si quidem testator confessus est debitum in testamento, tunc, etiam si ultra non procedat prohibendo, adhuc de non num. pecunia excipere non possunt heredes, *Mascard. de probat. Concl. 1079. n. 4.* quia tunc cessat spes futuræ numerationis, & testator, qui est in mortis cogitatione, præsumitur confessus, ut exoneraretur conscientia sua ab illo debito vere contracto, *Brunn. ad l. 14. C. de non num. pec. n. 5.* Quin imo si pecunia, quam testator se debere in ultima voluntate confessus est, re-
vera

An testator in testamento cavere possit, ne chirographo exceptio non numeratæ pecuniæ opponatur.

vera indebita esset, tunc ea confessio habet vim fideicommissi, *l. 88. §. 2. ff. de leg. 2. l. 93. §. 1. ff. de leg. 3. l. 28. §. pen. & ult. ff. de liber. leg.* Gilcken. *ad l. 6. n. 7. C. de prob.*

§. XIII. Permittitur quidem testatori correalem obligationem inducere in testamento, *l. 9. ff. de duob. Reis.* Ricciard. *ad pr. de testament. ord. n. 199. & 200.* v. g. quando alternative duo heredes gravantur, hic aut ille heres solvat; *l. 16. ff. de leg. 2.* vel plures heredes simul gravati sunt, & id actum esse apparet, ut in solidum obligati esse debeant, *Wissenb. V. 2. disp. 26. th. 25.* nam alioquin heredes pro portionibus hereditariis obligati sunt legatariis, *l. 17. ff. eod. Duar. ad tit. de duob. Reis cap. 1.* vid. *Ronchegal. ad d. l. 17.* Sed eam in præjudicium creditorum remittere nequit. v. g. si Mevius & Titius in solidum essent obligati Sempronio, testator non poterit Mevium & Titium ita heredes instituere, ut solus Mevius Sempronio obligatus esse debeat, verum hac dispositione non obstante, Sempronius Titium adhuc convenire posset. *Quod*

Testator in præjudicium creditorum eandem remittere nequit.

Nec unum heredem ut solus debitum solvat gravare potest.

adeo procedit, ut quamvis testator onus æris alieni uni ex heredibus imponat, ut debita hereditaria solus solvat, nihilominus creditor adversus illum agere non teneatur, sed adversus omnes pro rata agere possit. *l. 69. §. 2. ff. de leg. 1. l. 20. §. 3. & 4. ff. fam. ercisc. l. 21. C. eod. Alphon. de Olea de cess. juris & act. tit. 6. qu. 6. n. 4.* Similiter si creditor hypothecariam actionem exercere velit, adversus heredem hypothecam possidentem in solidum agere poterit, *l. 2. C. de her. act. l. f. C. si un. ex plur.* Præceptum itaque testatoris, si unum heredum solum solvere testator jusserit, eum non stringit; Ex quibus colligitur, testatorem efficere non posse, ne creditoribus satis fiat ex bonis hypothecatis per ipsum, *Joh. Carvalho de una vel altera quarta deducenda ad cap. Raynald. de testamentis P. 2. n. 262. seq.* quia jus illud reale hypothecæ, per debitorem deteriorius fieri non potest; uti & heredem ultra quotam hereditatis

tatis obligare non potest, nam testator non potest facere, ut heredes teneantur ultra portiones hereditarias. *arg. l. 69. §. 2. ff. de leg. 1. l. 20. §. 5. ff. fam. ercisc.* Dec. Rot. Rom. 247. n. 9. *ad Possi tract. de substat.*

Testator heredem ultra quoram hereditatis gravare non potest.

§. XIV. Nec circa contractus consensuales testatoris voluntas plane libera est, nam licet in testamento jubere possit, heredem suum alteri rem certam vendere & tradere debere, Thom. Maul. *de emt. & vend. tit. 10. n. 2.* ita ut venditor *contra leg. 11. C. de contr. emt.* vendere cogatur rem suam, *l. 66. ff. de leg. 1.* licet sit minorennis, nam si testator prædium distrahi jubet, necessaria non erit solennitas, nec iudicis decretum, nec alia, quæ in alienatione bonorum minoris requiruntur, *l. 1. §. 3. C. quando decret. opus non est.* Alph. de Olea *de cess. jur. & act. tit. 1. qv. 2. n. 8.* Blas. Michalor *de fratribus P. 2. c. 15. n. 45. & 48.* Non tamen permissum est testatori heredem gravare, quo bona immobilia Ecclesiis, piisve locis vendat, quia ex Edicto Caroli V. similibusque sanctionibus non licet Ecclesiis piisve locis bona immobilia, acquirere, vel possidere, citra Principis placitum ob id impetratum, quod Amortizamentum vulgo dicitur, ne Principes patiantur suæ jurisdictionis diminutionem, cum bona illa mere secularia in manum mortuam, seu Ecclesiasticam jurisdictionem transeant. Petr. Peck. *de Amort. c. 10.* idem de Belgio (etiam Hispanico) Venetiis, Gallia, Magna Britannia, & Lusitania affirmat. Knorr. *de man. mort. c. 4. §. 8.* Variasque statuta in quibus prædia in manum mortuam dari vel in totum vel ex parte prohibentur, recenset Schilt. *in Inst. jur. can. Lib. 2. tit. 6. §. 6.* Quod si principis placitum atque dispensatorium Rescriptum ob rem istam impetretur, hæc permissio & autoritas vocatur Amortizatio. Hanc tamen legem testatori licet rebus suis imponere, ne in Ecclesiâ vel Ecclesiasticas personas transeant. *arg. l. 56. §. 1. C. de Episc. & Cler.* Ferdin. Arias de Mesa *Var. Res. Lib. 3. cap. 3. num. 10.* Ac licet testator venditionem bonorum suorum ex causa heredi prohibere possit, non tamè potest prohibere, ut bona ipsius non vendan-

Testator necessitatem vendendi heredi imponere potest.

Restringitur Testatoris potestas, ut disponere non possit, quo bona immobilia Ecclesiæ vendantur & amortizantur.

2do ut non vendantur pro ære alieno solvendo.

D tur

3. vel pro-
legitima con-
sequat id.

tur pro ære alieno solvendo. Ludov. Baitell. *de ultim. volunt.*
Dec. 27. n. 3. vel pro legitima & dote filiabus constituenda,
Auth. Res que C. comm. de legat. nam si aliunde non adfit, ut per-
cipi possit legitima, vel dos, quæ succedit in locum legitimæ,
constitui, cum in bonis fideicommissum sit, aut privarentur li-
beri jure legitimæ, aut querela inofficiosi esset danda, quod esset
contra voluntatem & mentem testantis, quamvis enim verbis
reliquisset legitimam liberis, re postea dicerentur privati, stan-
te prohibitione de non vendendo, facta *l. 30. cum seq. C. de*
inoff. testam. Giurba *Dec. 31. n. 4.* Servanda quidem est dispo-
sitione testatoris, cum lex dici possit, sed hoc intelligitur, dum-
modo legibus non sit contraria. Oinot. *in tit. Inst. de testam.*
ord. num. 2.

Testator pro-
hibere non
potest jus
congrui vel si
statuto vendi-
tio prohibita
eam heredi
mandare ne-
quit.

§. XV. Pari modo, licet testator testamento suo in re ali-
qua hereditaria alteri jus retractus constituere, & quasi legare
possit, ita ut re illa ab herede vendita legatario permittatur, fa-
cultas eandem retrahendi, Dn. Stryk. *de success. ab intest. Diss. 6.*
cap. 1. §. 13. Verum si statutum prohibens venditionem extet,
testator venditionem heredi mandare non potest, Fab. de
Monte *de Emptione qv. 3 n. 52.* & hinc testator non potest pro-
hibere jus congrui, Matth. de Afflict. *de jur. Protim. §. 3. n. 10.*
quia non potest testator tollere dispositionem statuti per testa-
mentum suum, *l. 5. §. 7. ff. de adm. tut.* Joh. Baptist. Ciarlin.
in controvers. forens. lib. 1. c. 33. n. 67.

Testator heredi
locationem re-
rum heredita-
riarum injun-
gere potest.

§. XVI. Similiter testator heredi præcipere potest, ut v. g.
Sempronio locare debeat fundum pro certa mercede, *arg. l. 66.*
ff. de leg. 1. Petr. Pacion. *cap. 16. n. 6. de locat. & cond.* licet regu-
lariter nemo cogatur rem suam locare, *arg. l. 16. C. de jur.*
delib. nec restringatur ejus potestas quatenus locare velit,
v. gr. quod non teneatur potius uni, quam alteri locatio-
nem facere, *l. 11. & 32. C. loc.* Verum ut fabris victoribus &
similibus, qui artem suam cum strepitu exercent, domum
juxta literatorum ædes locet, quo artem suam ibi exercent,
in

Ubi, si ut testa-
toris p. zju-
diciu lite-
ratorum

in præjudicium eorum disponere nequit, Dn. Stryck. *de jure sensuum*, *Diff. 3. c. 2. n. 13. & 16. seq.* it. si viduæ & liberis defuncti pastoris habitatio per aliquod temporis spacium debetur, eandem testator ipsis in testamento auferre, & aliis concedere non potest, siquidem pastor ecclesiæ de tempore gratia, ut post mortem ipsius reditus & salarium. v.g. ad anni dimidium viduæ ac liberis non approprientur, testari non potest, Schilt. *Inst. Jur. Can. libr. 1. tit. 18. §. 32.* quia de re ad se non pertinente disposuit. v. ord. eccl. *Vinar. lib. 2. c. 19. §. 16.* nam hoc privilegium non tam ipsi, quam viduæ ac liberis datum est, conf. *l. 11. C. de Prox. Sacr. scrip. Carpzov. l. 1. Def. eccl. 223.* Tract. cas. conf. *cap. 17. sect. 4. qu. 19.* Pari modo de jure canon. locatio rerum & bonorum Ecclesiasticorum ultra triennium est interdicta, *Extravag. comm. un. de rebus Eccles. non alien.* Unde si testator reliquerit Ecclesiæ certas res hac lege expressa, ut locarentur ad longum tempus, non valeret. Bonacc. *de contract. tit. de feud. & emphyt. punct. 4. n. 8.* quia talis voluntas testatoris, tanquam illicita servanda non est. *l. 58. ff. de legat. 1. Georg. Mund. Vol. 2. Conf. 16. n. 49.* Contrarium tamen præprimis si testator non solum ordinasset locationem, sed etiam dedisset modum, tenet Petr. Pacion. *de locat. cap. 14. §. 6. n. 17. seq.* Cum jura etiam canonica permittant benefactoribus bona sua Ecclesiis tradentibus, in ipso actu traditionis apponere quascunque condiciones, quamvis juri communi contrarias, ne alias retrahantur a similibus actibus faciendis, *can. 30. 18. qu. 2.*

disponere non potest, quod res suæ vicioribus similibusq; personis locentur. Nec de dimidio anno gratia disponere potest.

An testator ut res ecclesiæ legatæ ultra triennium locentur disponere possit?

§. XVII. Præterea dominus poterit alicui fundum in Emphyteusin testam. concedere, *arg. l. 120. ff. de V. S. l. 21. C. mand.* quibus enim modis dominium plenum transferri poterit, iisdem etiam minus plenum seu dominium utile. Quapropter si dominium plane liberum non habeat testator, ejus potestas eatenus restricta est, ut Emphyteusin constituere nequeat,

Testator in bonis fidei commisso subjectis emphyteusin constituere nequit.

queat, sic in re fideicommissa subjecta Emphyteusin constituere non potest, uti pronunciavit. F. J. L.

Auf Eure an uns gethane Frage erachten wir nach vorhero fleißiger Verlesung und Erwegung derselben in Rechten gegründet und zu erkennen seyn.

Hat J. R. Anno 1619. einen letzten Willen aufgerichtet, darinnen er seine Tochter M. J. Z. Eheweib zur Erbin eingesezet, darneben aber wegen seines Hauses verordnet, daß es von der Tochter nicht veräußert, sondern bey Ihr und dero Kindern bleiben solte, inmassen auch Sie dasselbe bis an ihren Todt besessen, und hernach Ihr Sohn B. H. Z. solches vermöge Großväterlicher Disposition angenommen; Als nun dieser es an einen Fremden zu verkauffen vorhabens, hette sich seiner Schwester Tochter S. E. U. W. Eheweib darwieder gesezet, und es vor einem Fremden ihr zu überlassen, vermöge seßgedachter Disposition verlanget, darzu sich aber ermeldter Z. nicht verstehen will, sondern dasselbe an M. L. als ein Erbzing Guth zu verhandeln willens ist.

Ob nun wohl Er hierzu befugt zu seyn daher vermeinet, weil Er dergestalt das Dominium directum daran behalte, und es also das Ansehen gewinnen möchte, daß Er dadurch der Großväterlichen Verordnung nicht zuwieder handele, noch daraus die W. an das Haus, als wenn es veräußert würde einen Anspruch machen kan:

Dennoch aber und dieweil die Constitutio Juris Emphyteutici, so einen andern auff einen gewissen Stücke Guthe geschiehet, in denen Rechten inter species alienationis gezehlet wird, in Ansehen dadurch der Erbzing man eine gewisse Arth des Eigenthums darinne erlanget, und Ihme alle Nutzungen und Gebrauch solches Guthes oder Hauses zukommen.

So möchte auch obgedachter Z. ermeldtes Haus an
E. als Erbzins Guth der **B.** zum Nachtheil zu überlassen
 nicht verstattet werden.

§. XVIII. Emphyteuta potestatem legandi fundum
 Emphyteuticarium, & de eo in ultima voluntate disponendi
 habet, l. 71. §. 5. §. 6. ff. de leg. 1. Heinr. Locher. in compend.
 feud. rubr. quibus modis ab Emphyteusi differ. feudum differ. 14.
 Locamer. quest. Justin. 250. quia bona Emphyteutica pro al-
 lodialibus habentur, & facultas testandi super jure Emphy-
 teutico prohibita non est, Franzk. de laudem. cap. 8. n. 205.
 dissent. obl. 3. C. de jure Emphyteut. Treutl. P. 1. Disp. 29. th. 13.
 lit. e. §. P. 2. Disp. 13. th. 5. lit. b. In domini autem directi præ-
 judicium Emphyteuta nihil disponere valet, nam domini
 conditionem deterioiorem facere prohibetur; l. fin. C. de jur. Em-
 phyteut. hinc licet testator jusserit rem Emphyteuticam alicui
 pro certo pretio vendi, attamen laudemium non est solven-
 dum juxta pretium taxatum a testatore, si illa res pluris vendi
 poterat, sed juxta commune, quo fundus æstimabitur, Ant.
 Niger de laudemio T. 1. qu. 20. n. 23. seq. quia alias facile pareret
 aditus fraudandi directos dominos debito laudemiorum sym-
 bolo. It. si Emphyteuta habeat tantum Emphyteusum restri-
 ctam, v. g. usque ad tempus mortis duraturam, tunc enim si
 alteri leget, legatario nihil debetur, arg. l. 24. §. 1. ff. de leg. 1.
 Rol. a Valle F. 2. conf. 71. n. 9. Exinde porro colligit Aurel.
 Corbulus de jure Emphyteut. cap. 15. ampl. 29. n. 20. Testato-
 rem non posse ad præjudicium domini directi disponere, ut
 tutor vel curator, negligendo aut dolum committendo in
 bonis Emphyteuticis, non teneatur. Licet autem testatori
 permittatur alteri Emphyteusum legare, hocce legatum tamen
 est conditionale, si videlicet legatarius velit annuum cano-
 nem solvere, cum nemo invitus obligari possit, l. 6. pr. ff. de
 A. vel. A. H. Coll. Jur. Arg. lib. 6. tit. 3. th. 22.

Emphyteuta
 domino direc-
 to testamento
 præjudicare,
 nequit,

Testator
de parte
socii in re
communi
testari nequit.

§. XIX. Socius testari quidem potest de sua parte, *l. i. C. qui testam. fac. possunt. ibiq.* Brunn. n. 2. quia appellatione rei etiam pars continetur, *l. 72. ff. de V. S.* Sed de parte socii, in præjudicium ipsius, testatoris dispositio non valet. Tabor *v. i. de pact. dot. al. conf. i. cap. 4. p. m. 828.* Si itaque rem communem alicui legasset, non de tota re, sed sua tantum parte cogitasse videtur, *l. 5. §. 1. & 2. ff. de leg. 1.* Manzius *de testam. tit. 2. n. 23.* Sichard. *ad l. i. C. qui testam. facere poss. n. 6.* quia sufficit pro parte utile esse legatum, *l. 71. §. fin. ff. de leg. 1.* Barry *de success. lib. 9. tit. 3. n. 4.* licet sit societas omnium bonorum, cum & in hac societate bona communia socio sint tantum pro parte. In dividenda quoque hereditate testatoris voluntas spectatur, & eam iudex sequi debet; sic divisio a patre facta inter filios servanda, etiam si uni filio plus quam alteri datum a patre sit: & filii de tali divisione conqueri non possunt, *§. 6. f. de hered. inst. l. 20. §. 3. l. 39. §. ult. ff. fam. ercisc. l. 10. C. cod. l. 8. C. de inoffic. testam.* Fachin. *Lib. 4. contr. cap. 2.* Alfons. *de Guzman. de eviction. qu. 33. n. 3.* Christin. *V. 2. Dec. 179. n. 5.* Licet divisio paterna absque solemnitatibus inæqualiter fuerit facta, *l. 10. 16. & ult. C. fam. ercisc. Nov. 107. cap. 1. Const. Elect. 12. P. 2. §. ult.* Sichard. *ad l. 8. n. 4. C. de inoff. testam.* Contrarium tamen statuit Tiraquell. *de jure Primogen. qu. 4. n. 4.* putans, hac in parte restrictam esse potestatem testatoris, & patrem non aliter inter liberos, prætermittis solemnitatibus testari posse, quam si æqualitatem inter liberos servet, tum ob *l. ult. ibi tamen pares videntur esse: C. fam. ercisc.* tum quia disparitas discordiam & simultates pariat, ad quas evitandas æqualitas sit servanda inter liberos; sed hoc verum est eo saltem casu, quo de expressa patris voluntate contraria non constat, alias parum specialitatis hac ratione obtineret divisio paterna; nam si per omnia æqualiter esset divisio facienda, nihil referre videretur, an subsisteret nec ne; subsistente namque ea, æqualiter succederent liberi parentibus: Sin minus, similiter ab intestato æquis

Testator
de parte
socii in re
communi
testari nequit.

Quæ. an divis.
paterna inter
liberos in te-
stamento in æ-
qualiter facta
sine solenni-
tatibus sub-
sistat.

æquis portionibus vocarentur. Et verba alleg. ex l. ult. non de
 paritate & æqualitate portionum, sed potius de pari succe-
 dendi jure sunt accipienda sc. inter omnes heredes suos h. e.
 liberos, ex quolibet venientes gradu, attamen pares in suc-
 cedendo, veluti filium & nepotem ex filio pramortuo; pa-
 tris ultima voluntas custodienda erit, et si solenni testamento
 non contineatur, modo tamen voluntas patris juri non con-
 traria, & salva legitima, l. 20. §. 8. ff. fam. ercisc. Quæritur
 autem: an & in quibus casibus possit testator prohibere divi-
 sionem, & mandare, ut heredes stent in aliqua societate vel
 communiione? & resp. validum non est testatoris præceptum,
 ut heredes perpetuo in communiione vivere debeant. l. 14.
 §. 2. ff. comm. div. l. 52. §. 9. l. 59. & 70. ff. pro Socio. Nic. Boer.
 Dec. 87. n. 1. Seraphin. de privil. juram. priv. 98. n. 12. Vasqu. de
 success. T. 1. lib. 1. §. 7. n. 1. seqq. Alciat. in Resp. lib. 9. Conf. 159. n. 1.
 Testator enim prohibere non potest, quo minus heredes in
 perpetuum hereditatem dividant. Cephal. Lib. 3. Conf. 319. n. 8.
 Blas. Michalor. de fratribus P. 2. cap. 43. n. 8. seqq. Fachin. Lib. 1.
 conf. 27. n. 43. & lib. 2. Conf. 89. n. 3. seqq. Alin. de Exec. §. 9. c. 140. n. 2.
 tum quia per divisionem discordiis propinquorum sedandis
 prospicitur, quas communiio solet excitare l. 77. §. 20. ff. de leg. 2.
 Reipubl. autem interest, discordias evitari, l. 13. §. 3. ff. de usufr.
 l. 21. §. 1. ff. captiv. Valasc. in paratit. cap. 38. n. 5. Schneidew.
 ad §. 20. J. de act. in action. comm. divid. n. 21. Wesf. Conf. 151.
 n. 6. & 9. ideoque in Communiione nemo invitus detineri po-
 test, l. f. C. comm. divid. Johan. Fichard. Conf. Germ. 135. n. 1.
 tum quia simile pactum non valet; ergo similiter non valebit
 similis prohibitio seu jussio testantis, arguendo de contra-
 ctibus ad ultimas voluntates, Roland Passager in tract. Flos test.
 rubr. 32. n. 3. seq. nam quando reddi non potest ratio diversita-
 tis, argumentum a Contractibus ad ultimas voluntates valet,
 l. 44. §. 5. ff. de leg. 1. Andr. Cluden. de condict. indeb. cap. 7. n. 60.
 Hoënon. 29. juris disp. 17. §. 20. Si enim per contractum fieri

Quæritur an testator
 divisionem
 prohibere
 possit?

non

non possit; ut non liceat unquam dividere; *d. l. 14. §. 2. ff. comm. divid.* nec per quasi contractum aditionis hereditatis, cum obligatio, qua adstringuntur heredes ad observationem contentorum in testamento, procedat ex quasi contractu aditionis hereditatis, tum, quia talis iussio, ex qua descendit alienationis seu divisionis prohibitio, habet vim præcepti de non alienando, *l. 7. pr. ff. de reb. eor.* Sed præceptum de non alienando non valet, nisi alterius tertii utilitatem respiciat, *l. 14. §. u. ff. de leg. 1.* Ergo id præceptum de permanendo in perpetua communione, valere non debet, cum per illud inducatur præceptum de non alienando, respiciens utilitatem tantum prohibitorum. *Non obst. l. fin. §. 3. ff. de leg. 2. l. 78. ff. ad Sc. Trebell.* Nam primo respondetur, non ibi dici, ne divisio ulla fiat, sed ut filia & uxor in communione conferant res, ut eo melius æqualiter divisio fieri possit. Deinde non ibi prohibitio fit in perpetuum, ne dividant, sed intelligitur facta ad certum tempus, *l. 4. pr. ff. de cond. instit. Kremberg. ad §. 20. f. de Act. n. 76.* Limitatur I. ab Alex. *in l. si non forem §. si centum ff. de cond. indeb.* Si testator hoc cum aliqua rationabili causa disponat, sic testator ob causam facere potest, ne bona in perpetuum alienentur, *l. 14. §. 14. ff. de leg. 1.* Ergo etiam cum causa fieri poterit perpetua prohibitio divisionis. Sed Resp. hic adesse rationem diversitatis, nam ex prohibitione alienationis non oritur aliqua discordia, quæ ex prohibitione divisionis oriri solet, nam prohibitio divisionis, licet comprehendat prohibitionem alienationis, non est tamen simpliciter prohibitio alienationis; sed continet longe plura, ut nempe heredes maneat simul, ut pro indiviso possideant bona, ut lucrum ad invicem communicent, & similia, quæ resultant ex ipsa communione, unde diversa est ratio inter simplicem prohibitionem alienationis, qua quis non gravatur aliquo alio onere, nisi ut rem sibi relictam alienare non possit; & prohibitionem divisionis, qua quis in viris cogitur habere.



habere socium personam interdum ejus naturæ omnino repugnantem. Peregr. *de fideic. art. II. n. 80.* Limit. (2.) a Cornel. Bredorodio *in tract. consuetarum ad tit. ff. de cond. et dem. n. 2.* si testator heredes de non dividendo jurare curaverit, *c. 28. X. de jurej.* Contrarium tamen & quod nihilominus heredes mutuo consensu dividere non prohibeantur, tenent, Mich. Grassus *recept. sent. V. 1. §. testamentum qu. 72.* Joh. Schoner *lib. 1. disp. feud. 9. th. 38.* quia id juramentum non firmat dispositionem, quod lædit jus publicum vel nocet Reip. *c. 2. de pact. in 6.* unde cum tale præceptum veritum sit, propterea, quod interest Reip. etiam principaliter ob rixas, discordias, seditiones, tumultusque vitandos, sequitur, ut juramento non firmetur, *c. non est obligatorium de Ri. f. in 6to.* Nic. Noal. *de transf. miss. cap. 58. n. 4.* Limit (3.) a Rol. a Valle *V. 1. Conf. 84. n. 19. seqq.* Si per modum conditionis divisio prohibeatur, v. g. si sub conditione communionis leget testator vel addat privationē, quæ prohibitio pro lege observari debeat, sed resp. id intelligendum est in his quæ fieri & mandari possunt, secus si a testatore disposita sint à lege prohibita. Ad tempus autem testator divisionem prohibere potest. *l. 4. pr. ff. de cond. instit. l. 14. §. 2. ff. comm. divid. Dn. de Lyncker. cent. 4. Dec. 384.* Clarus *rec. sent. §. testamentum. qu. 67.* v. g. si pater in testamento suo ordinavit, liberos heredes institutos ad divisionem suorum bonorum, nisi ad certam ætatem pervenerint, non debere venire, Fichard. *P. 2. Conf. 135. n. 2.* Et si liberis expediat, ne divisio fiat ante tempus à testatore constitutum, tale gravamen, etiam respectu legitimæ liberorum vires habebit, Petr. Morqvoch. *de divis. bon. lib. 1. cap. 2. n. 31.* nam gravamen legitimæ impositum in favorem liberorum validum est de jure, *l. 25. C. de inoffic. testament.* Lim. hæc conclusio (1.) si omnes, quorum interest in divisionem consentiant, Gratian *disc. for. T. 2. cap. 380. n. 40.* cum prohibitio testatoris ad ipsorum favorem intelligatur apposita, cui possunt renunciare, *l. 6. C. de LL. l. pen. C. de pact.* Lim. (2.)

si iusta superveniat causa, quasi viveret testator, verisimiliter
 31-10- permitteret divisionem *arg. l. 3. §. 3. ff. de adm. & per. tur. Gram-*
mat. Dec. 7. n. 3. Vivius lib. 2. Dec. 297. cum præsumatur, quod
& ipse testator mutasset voluntatem, si vixisset, Menoch. Lib. 6.
Præf. 37. n. 39. & ne inducta in favorem retorqueantur in odium
v. g. si forent discordes, vel unus sit dilapidator, Pruckm. conf. 6.
num. 23.

Testator jus
 quæsitum ex
 stipulatione
 alteri auferre
 nequis,

§. XX. Porro nec jus quæsitum ex stipulatione testator
 alicui auferre potest: v. gr. Mulier fratrem habens Marito va-
 rias res dotis nomine dedit, & pacta est, ut si in matrimonio de-
 cessisset, dos fratri suo reddeatur, isque frater pactis dotali-
 bus in eum casum stipulatus est mulier decedens testamen-
 tum condidit, ac res dotales marito legavit. Qv. an hæc valeat?
 Resp. foror obligationem fratri per stipulationem qua sitam,
 adimere testando deinceps non potuit *l. 29. §. 2. ff.*
de pact. dot. l. 5. C. de O. & A.





VD18

ULB Halle
007 017 200

3







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

11
DISSERTATIO JURIDICA
DE
RESTRICTA
TESTATORIS
POTESTATE,

20
17 13, 15

QUAM
DIVINIS AUSPICIIS
ANNUENTE ILLUSTRISSECTORUM ORDINE
PRÆSIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO, CONSULTISSIMO,
D. JOH. CHRISTOPHORO
SCHACHERO,

PROF. PUBL. CAP. MARTISB. CANONICO,
ACADEMIÆ DECEMVIRO, FAC. JUR. ASS.
ET RELIQUA

PATRONO ac PRÆCEPTORE OMNI
HONORIS ET OBSEQUII GENERE PROSEQUENDO,
D. VI. APRIL. A. MDCCXIII.

MODESTO ERUDITORUM SUBMITTET
EXAMINI,
GOTTLIEB WILHELM
DINCKLER,
LIPSIENS.

LIPSIÆ
Typis ZEIDLERIANIS.